

CODICI JUSTINIANI

D.N. SACRATISSIMI

PRINCIPIS PP. AVGUSTI

REPETITÆ PRÆLECTIONIS

20. 2. 31. p. 3. LIBRI XII.

Notis DIONYSII GOTHOFREDI LC. illustrati.

Postrema editio prioribus auctior & emendatior.



112 folia a
completis C.
In manu



LUGDUNI

Sumptibus LAVRENTII ANISSON.

M. DC. LXII.

IMPRIUERAT. IO. PETRI



N O B I L I S S I M O ,
CLARISSIMOQVE VIRO
FABRO PYBRACIO ,
Regij Consistorij Consiliario ,
SENATVS PARISIENSIS PRÆSIDI ,
ILLVSTRISSIMI DVCIS ANDEGAVENSIS ,
fratris Regis Vnici , Cancellario .

DIONYSIVS GOTHOFRDV S I.C.S.P.D.

Nisi te scirem (vir clarissime) quantum auctoritatis inter nos trahit , tantum sapientia , atque humanitatis a natura consecutum : vix auderem frontem huius operis de tuo titulo atque nomine munire , aut in tuum patrocinium , tuamque tutelam aperte dare . Nam & hac commentatio a me suscepit , præstantiorem artificem , plus temporis etiam atque oris , & ne quid omittam , posteriori extrarum præsidium postulabat . Neque ambigo , quin utilitat publica plus re ipsa debet possit , quam a me nunc præstetur . Sed tamen non ignorau , creditores vel obligati debiti portionem accipere non unquam a Pretore compelli . Male audire solet fœnator , si acerbè exigit . Quod si ita iure usurpatum , de reliquis post hac video : quibus dissoluendis , quin idoneus fiam , non dubito : si vel tuum suffragium semel interuenierit . De meo in Codicem incepto ne quid dicam amplius , quam quod a me alibi iam scriptum , dictumque est : visum fuit & hoc inter cetera legentibus profuturum , Romanorum consulium temporibus , qua singulis pene Codicis legibus addita , annos salutis nobis redonata , subiungi . Quoto enim statio temporis singula cuiusque Tituli leges a se , aliorumque Titularum capitibus distent , facilius potest animaduerti : meaque opinione id quoque conserer ad ea , qua in speciem pugnare videntur , concilianda . Cuius observationis nec te latet , haud minimâ inter nos trahit utilitatem esse . Qualemque tandem illud sit , quod a me strictim Codici auctoratum , in eoque præstitum est , tuo nomini viro ac libens dico , vobisque . Id cum dignitati , tum virtuti , ac sapientia tua , iuro ac merito debetur : cuius monumenta ut brevia (veteram sapientum more) ita sempiterna posteris reliquisti . Ceret eloquentia , ac prudentia ciuilis , sacrum Regis consistorium , fecundatus , nationes etiam exteras testes habuisti . Neque id mirum , cum inter maiores atque gentiles tuos , infinitos propè Scenolas possis numerare , a quibus ut virtute superari nolueristi : ita , felicitate summa , magnis honoribus illos antecelluisse videris , quos D E V S Optimus Maximus dñissimi tibi conseruet , prorogèque . V A L E . Datum pridie Kalendas Augusti . M . D . LXXXIII .